



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 100. Diversæ Clementis VIII. Constitutiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

**Sæcul XVI.** ptimo aliud mittebatur decretum, vi  
A.C. 1597. cuius Turnonius Alverniae Prætor Jesu-  
 tas urbe expellere jubebatur: verum  
 hic potius sua Præfectura, omnibusque  
 bonis exui, quam huic edicto paren-  
 maluit.

## §. C.

*Diversæ Clementis VIII. Constitu-  
tiones.*

*Bull. tom. 3. Interea Clemens VIII. Summis Ponti-  
fex inter gravissimas christianæ Re-  
publicæ curas ad minima etiam pater-  
nam suam sollicitudinem extendebat  
exortoque circa Cardinalium Diacono-  
rum prærogativam dissidio decima Au-  
gusti hoc anno in secreto Patrum Senatu*

*declarabat, quod Cardinales tum exister-  
tes, si per integrum decennium in Or-  
dine Diaconatus a die promotionis per-  
severaverint, dein ad Cardinalium Pres-  
byterorum gradum promoti omnes illos  
Cardinales præcedant, qui post illos  
purpura decorati sunt: deinceps vero  
ejusdem Ordinis Cardinales pari præro-  
gativa fruantur, ita tamen, ut decennii  
tempus non a die, quo sacrum Colle-  
gium ingressi sunt, sed a die, quo ad  
Ordinem Presbyteratus promoveri po-  
tuerunt, computetur. Edidit quoque  
idem Pontifex die decima tertia Septem-  
bris aliam Constitutionem circa politi-  
cum*

cum ditionis suæ regimen, vi cuius leges a Clemente VII. Gregorio XIII. Pio IV. & V. Prædecessoribus suis latae confirmans e ditione ecclesiastica omnis generis frumenta, vel animalia exportari, aut sal exterum intra eandem ditionem distrahi indictis gravibus pœnis prohibuit. Tertio diplomate die decima Octobris edito Clemens pro Novitiis Ordinis Sancti Basillii tres domos assignatis proventibus in Italia instituit. Denique die vigesima Decembbris quarta constitutione omnia privilegia, & gratias, quæ a prioribus Romanis Pontificibus non modo Fratribus Minoribus de observantia, & Sanctæ Claræ Monialibus, sed etiam tertio de pœnitentia Ordini Sancti Francisci concessa fuere, innovabat, rataque habebat, dummodo tertii Ordinis Religiosi utriusque sexus communi vitæ confortio sub tribus solemnibus votis vivant, atque aliunde hæc privilegia nec Concilio Tridentino, nec Fratrum Reformatorum decretis adversentur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1597.

§. CI.

*Marci Antonii Columnæ Cardinalis  
obitus.*

**E**x Cardinalibus, quos mortis invidia Ciacon. to. 3.  
hoc anno vivorum confortio eripuit, p. 946.  
nonnisi duo reperiuntur, quos inter pri- Ughell. Ital.  
Sacra. Aube-  
mus ry vie des